

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brevicvlvs Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1662

Clavsvra

[urn:nbn:de:bsz:31-160608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160608)

CLAVSVRA.

79. **D**E Clausura Regulari quamplures extant Apostolicæ Cōstitutiones, quarum aliquæ Monasteria mulierum, aliæ virorum concernunt. Pro his sunt 1. Pij 5. *Personarum Regulariū*: alia, *Decret. Rom. Pont.* item Greg. 13. *Vbi gratia*. Per quos, excommunicationem Papæ reservatam incurrunt quæcunque sceminæ ingredientes Monasteria virorum: Religiosi verò qui eas ingredi per-

Clausura. 65

permittunt, insuper ipso facto, suspensionem à Diuinis, & priuationem officiorum & inhabilitatem ad illa & alia in posterum obtinenda. 80. In locis iam absolutis ubi Guardianus est cum familia, & nondum perfecta structura, committitur Patribus designati terminorum Clausuræ, quousque mulieribus liceat ingressus vel transitus.

81. De Monasterijs mulierum statuit idem Pius. 5. cum Trid. in Bulla: *Circa Pastoralis*. vt non obstante consuetu-

Cz

suetu-

suetudine, instituto vel fundatione quæcunque Moniales ad Clausuram compellantur, etiam Tertiariæ cuiuscunque Ordinis, in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ solenne votū emiserint. 82. Et in alia: *Decoris & honestati*. Vetat omnibus egressum, nisi ex causa magni incendij vel infirmitatis, lepræ aut epidimiæ, per Episcopum cognitâ & in scriptis approbatâ, pro tempore necessario. 83. Ingressum verò in ista Monasteria prohibuit Greg. 13. *An. 1175.*

om-

omnibus etiam mulieribus, sub pœna Excomm. latæ sententiæ, reservatæ S. Pontifici, præterquam in mortis articulo, tam contra introducentes, quàm ingredientes, suspensionis, &c. nisi prius habeatur aliqua necessitas præsens, in qua posse Superiorem tunc licentiam concedit ipse cum Trjd.

Harum Constitutionum qualis in Germania nostra sit usus & observantia, videre est apud Layman l. 4. 12. s. c. 12. 84. Nobis Minoritis ex regula prohibitus est

C3

ingress

ingressus in Monasteria quacumque Monachorum seu Personarum collegiatarum regularem vitam canonicè profitentium, siue inclusa sint siue non; quantū ad Claustrum & officinas interiores, vbi absque pariete vel crate intermedia Moniales conuenire solent, sine speciali Sedis Apostolicæ licentia. Vbi autem sine canonica professione conuiuant, vt Lindavij, Sechingæ, &c. ingressus in earum Collegia nobis aliter prohibitus non est, quàm si scandalum

Clausura. 69

dalum aliquod, vel suspecti
confortij foret periculum,
85. Sicut & in Hospitia seu
domus, vbi Moniales ad
breue tempus animo non
inanendi stabiliter, commo-
rantur. 86. Porro licet plu-
res afferantur casus, in qui-
bus specialis illa facultas in-
grediendi Monasteria dicta
adesse censeatur, nobis ta-
men Capucinis vnus in vsu
est pro Confessione Sacra-
mentali, quando Confesso-
res nostri in Monasterijs So-
rorum Tertij Ordinis, quoru
nos peculiarem Confessionis

C4

curam

curam habemus, ad fenestellas infirmarij confessiones excipere nequeunt.

87. Ingressui Monasteriorum Sanctimonialiū Bonifacius Papa S. adiungit accessum ad easdem, quem S. insuper Cōgregatio sub mortali interdicit quibuscunque Religiosis sine debita licentia, decreto desuper facto An. 1590.

88. Quod etsi in Germania vsu receptum non sit, apud PP. tamen Iesuitas & Capucinos est in viridi observantia, ab hoc autem eadem

dem S. Congregatio alio decreto An. 1692. 1. Maij eisdē exemit, concedens cum suorum Superiorum facultate scripto expressa, illas accedere. 89. Quam in praxi Provinciales, non alij, penes nos cōcedere solent. 90. Cæteroqui posito in itinere ad Monialium eiusmodi Monasteria diuertere, & si non vocatæ foris hospites ipsæ accedant, colloqui, vetitum non habetur.

CONFESSARIVS.

91. **P**rælati Regulares cū Ordinariā in sibi subditos